

# Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

## XXI.

(Fortsetzung.)

882. *Pseudopyrenula* (s. *Holothecium*) *annularis* Müll. Arg.; *Pyrenula annularis* Fée Ess. p. 73 t. 21 fig. 4, Suppl. p. 77 t. 41. Pyr. 4 (a cl. Nyl. *Pyrenoc.* p. 76 infelicissime ad *Trypethelium annulare* Montg. relata); thallus ex olivaceo fulvescens, laevigatus; apothecia de supra visa fere 1 mm. lata, depresso-rugosæ conico-hemisphaerica, usque ad ostiolum nigrum annulo decolorato-pallido cinctum thallino-corticata, concolora et laevigata; perithecia globosa, nigra, fere tota thallo immersa (emergentia thallina obtecta); nucleus albidus; paraphyses capillares, laxè connexae; asci biseriatim 8-spori; sporae 50—70  $\mu$  longae, 16—25  $\mu$  latae, elongato-ellipsoideæ. — Ab affini *Ps. porinoide* differt apotheciis multo majoribus, tantum ore decoloratis et thallo aliter colorato (in iconæ Fééana nimis viridis est). — Specimina spermogonifera *Ps. annularis* a Zenkero in Goebelii Pharmaz. Waarenk. 1. p. 183 t. 24 fig. 8 sub *Verrucaria exasperata* edita fuerunt. Hoc nomen dein ad synonymiam relegandum est. — Ad cortices officin. Cinchonarum (ad specim. Féeanum).

883. *Pseudopyrenula* (s. *Holothecium*) *porinoides* Müll. Arg.; *Verrucaria Pupula* Fée Ess. p. 73 t. 21 fig. 1 (exclus. syn. Ach.), proxime ad *Pseudopyrenulam Pupulam* accedit, at forma apotheciorum distat; haec sunt paullo robustiora, magis exstantia et late truncato-pyramidalia. Sporæ utriusque convenient. — Ad cortices officin. (ex hb. Féeano) et in Guyana gallica: Leprieur n. 731, 735 et 729 jun. [haec a cl. Montg. Guyan. n. 200 erronee pro *Pyrenula porinoide* Ach. Syn. p. 128 (quae est vera *Pyrenula* sp., vid. infra) sumta fuit, unde nomen *Verrucaria porinoides* Montg. l. c. ortum est, quod nomen rite ad plantam Acharianam, solum editam pertinet, non ad specimina Leprieuriana infauste determinata quae non descripta fuerunt], et dein in Ceylonia [planta sub *Trypethelio uberino* communicata et sub eodem nomine falso a cl. Leight. in Lich. of Ceyl. enumerata].

884. *Pseudopyrenula* (s. *Holothecium*) *Pupula* Müll. Arg. L. B. n. 602, (excl. specim. Lepr. & Thwait.); *Pyrenula Pupula* Ach. Syn. p. 123 (fid. specim. Ach.); *Verrucaria po-*

*rinoides* Nyl. Pyrenoc. p. 51 (exclus. omnib. syn.); thallus pallide olivaceo-fuscens, obsolete rugulosus, superficie laevis, tenuis; apothecia dense sparsa, interdum geminatim v. ternatim confluentia, undique in thallo concolore sita, sed ipsa strato thallino decolorato-albescente obtecta,  $\frac{4}{10}$  mm. lata, extus de supra visa  $\frac{3}{10}$  mm. lata, triente emergentia et depresso-hemisphaerica, apice truncata, obtusa v. leviter truncato-depressa et in depressione  $\frac{1}{10}$  mm. lata saepe umbone nano obscuro ornata; perithecium globosum, inferne multo tenuius, fusco-nigrum v. inferne fuscum; sporae in ascis 8-nae, 30—38  $\mu$  longae et 14—17  $\mu$  latae, oblongato-ellipsoideae, 4-loculares. — Proxima est *Pseudopyrenulae porinoidi*, sed thallus aliter coloratus, apothecia magis immersa et minora, minus late truncata, parte extus perspicua deplanata. — Interdum satis habitu ad *Trypethelium catervarium* accedit, sed thallus parte fertili non discolor et sporae multo majores. — In cortice Cinchonarum, subinde cum *Trypethelio catervario* mixta (coram habeo ex hb. Ach., Féeano, Hampei et Zenkeri).

885. *Pseudopyrenula* (s. *Holothecium*) *neglecta* Müll. Arg.; characteribus omnino cum *Ps. Pupula* convenit, exceptis apotheciis et sporis; illa evoluta summo apice minus truncato tantum circa depressionem ostiolarem exiguum decolorato-albescentia, caeterum undique cum thallo concolora sunt; sporae autem circ. 20  $\mu$  tantum longae sunt, caeterum non diversae. — Corticola in Guyana gallica: Leprieur n. 479 (a cel. Montagne in sua Lichenogr. guyan. neglecta).

886. *Microthelia Willeyana* Müll. Arg.; thallus cum epidermide maculam pallide fuscum parum distinctam et hinc inde zonis angustis nigrescentibus laxe peragratam formans; apothecia  $\frac{1}{2}$  mm. lata, deplanato-hemisphaerica, umbone centrali magis prominentia, basi in areolam cingentem dilatata, nigra, nitidula, vertice minute umbilicata, basi leviter thallino-vestita; perithecium dimidiatum; paraphyses laxius connexae, graciles; sporae in ascis 4—8-nae, 1- v. irregulariter 2-seriales, demum fuscae, 22—24  $\mu$  longae et 8—9  $\mu$  latae, articulus superior inferiore leviter brevior et distinete latior. — Est *Pyrenula thelena* Lichenol. Amer. sept., proxima *M. albidellae* Müll. Arg. L. B. n. 605. Apothecia sunt multo minora quam in vera *M. thelena*. — Ad corticem *Fraxini* prope New Bedford, Massach., ubi legit et mecum communicavit cl. et egreg. H. Willey.

887. *Microthelia oblongata* Müll. Arg.; thallus albus,

tenuissimus, cortice flavescente mox secedente partim denudatus, continuus, laevis; apothecia in arbore horizontaliter transversim oblongata, circ.  $\frac{6-8}{10}$  mm. longa et triente et ultra minus lata, caeterum late pyramidalia, depressa, basi circumcirca late deplanato-dilatata, umbone apice minute umbilicata, pro majore parte v. saltem inferiore thallino-velata; peritheciū dimidiatum, basi valde patens et in sectione simul utrinque sub nucleo breviter inflexum; paraphyses connexae; sporae in ascis obovoideis latiusculis subglomeratim 8-nae, mox fuscae, 14–18  $\mu$  longae, 7–8  $\mu$  latae, aequaliter 2-loculares, utrinque late rotundato-obtusae et medio vix constrictae. — Affinis *M. betulinæ* Lahm, sed sporae parvae ut in dissimili et microcarpica *M. atomaria* Koerb. — Ad corticem *Betulae albae* prope New Bedford, Amer. sept., ubi legit mihiq[ue] benevolē comm. cl. H. Willey.

888. *Microthelia confluens* Müll. Arg.; thallus cum cortice maculam rufescēti-pallidam formans; apothecia subseparatim confluentia et discreta,  $\frac{8-10}{10}$  mm. lata, depresso-subpyramidalia, medio late umbonata, umbo conico-hemisphaericus tantum nudus, niger, summo apice minute umbilicatus, pars reliqua apotheciorum thallino-velata, nigro-grisea; peritheciū dimidiatum, basi dilatatum; nucleus basi planus; sporae in ascis 2-serialis, mox fuscae, oblongo-obovoideae, 18–20  $\mu$  longae, 7  $\mu$  latae, articulus inferior superiori aequilongo angustior basique acutiusculus. — Apothecia majuscula ut in subaffini *M. thelena*, saepius geminatim v. ternatim in series confluentia, sed tantum partes basilares dilatato-confluentia, umbones inter se discreti sunt. — Corticola ad Caput Bonae Spei (ex hb. Hamp.).

889. *Microthelia holopolia* Müll. Arg.; *Verrucaria holopolia* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 92 (ex specim. Deplancheano), apotheciis obtectis, sub protuberantiis thallinis levibus sitis, integre nigris, altioribus quam latis et dein sporis magnis, circ. 60–70  $\mu$  longis in genere valde distincta est. — In Nova Caledonia (specim. Vieill. & Deplanch.).

890. Genus *Pyrenula* facile in sectiones 3 sequentes dividendum:

1. *Pseudacrocordia*, sporae ambitu ellipsoideae, 2-loculares. — Hic pertinet *P. brachysperma* Müll. Arg.
2. *Eupyrenula*; sporae brevius longiusve ellipsoideae,

saepissime 4-loculares, in aliis paucis 6—8-loculares.  
— Hic pertinent species europaea et ultra 70 exo-  
ticeae.

3. *Fusidiospora*, sporae angustae, subbacillari-fusi-  
formes, circ. 8—10-plo longiores quam latae, 6—8-  
pluri-loculares. — Hujus loci sunt *P. Montagnei* et *P.  
infida*.

891. *Pyrenula seriata* Müll. Arg.; *Verrucaria seriata*  
Hepp in Zolling. Syst. Verz. p. 5; thallus albidus, tenuissimus,  
laevis, subfarinulentus; apothecia  $\frac{1}{20}$  mm. lata, sparsa et seriata,  
hinc inde seriatim subconfluentia, alte hemisphaerica, basi arce  
circumscripta (nec patentia), vertice obtuse minutissime umbi-  
licata, nigra, opaca; perithecium dimidiatum, subtus omnino  
deficiens; sporae 8-nae, 13—15  $\mu$  longae, 5—6  $\mu$  latae, aequa-  
liter 4-loculares. — Juxta proximam *P. minutulam* Müll. Arg.  
L. B. n. 817 (cujus apothecia minora) locanda est. — Corticola  
in Java (Zollinger).

892. *Pyrenula heteroclita* Ach. Syn. p. 127 (a pro  
parte spermogonifera, b apotheciigera); apothecia  $\frac{15-20}{100}$  mm. la-  
ta, depresso-globosa, innata, demum superne emergentia et ve-  
lato-subnuda, sc. ob velamen thallinum tenuissimum cinereo-  
nigricantia (b. *denigrata* Act. l. c.); perithecium completum,  
basi tenuius et in sectione axili lateraliter anguloso-subproduc-  
tum; nucleus paullo depresso-globosus; asci 2-seriatim v. su-  
perne 1-seriatim 8-spori; sporae 4-loculares, 15—16  $\mu$  longae,  
 $4\frac{1}{2}$ —5  $\mu$  latae, fusiformi-ellipsoideae, utrinque subacutatae. —  
A proxima *P. dispersa* differt apotheciis paullo majoribus de-  
mum non nudato-atris et sporis ambitu gracilioribus utrinque  
acutis v. subacutis. — Formae ambae Acharianae vere conspe-  
cificae sunt, nec diversae sunt nisi gradu evolutionis. — Corticola  
in Guinea (hb. Ach.).

893. *Pyrenula velatior* Müll. Arg.; similis *P. nitidella*, et in hb. Vieillardii ab ipso Nyland. sub *Verrucaria nitida* v. *nitidella* inscripta; thallus cum epidermide argillaceo-  
pallidus, laevis, zona latiuscula coeruleo-nigrescente cinctus;  
apothecia in sect. axili  $\frac{5-6}{10}$  mm. lata et  $\frac{4-5}{20}$  mm. alta, depressa,  
leviter tantum emergentia et thallino-velata, circumcirca valide  
subalato-producta; perithecium crassum, nigrum, basi deficiens;  
paraphyses liberae; asci imbricatim 1-seriatim 8-spori; sporae  
14—15  $\mu$  longae, 5—6  $\mu$  latae, fusiformi-ellipsoideae, 4-loculares.  
— Differt a *P. dispersa* apotheciis crasse velatis, perithecio basi

deficiente, et a *P. velata* apotheciis minus emergentibus et ambitu tenuiore sporarum. *P. subnitidella* dein est magis microcarpa. — Corticola in Nova Caledonia: Vieillard n. 1837 bis.

894. *Pyrenula aspista* Ach. Syn. p. 123 (ad primitivam *Verrucariam aspistea* Ach. Meth. p. 121, in specim. Afzelii in Sierra Leone lectum stabilitam); Ach. Lich. Univ. p. 281 pr. p. — thallus laevigatus et aequalis; apothecia  $\frac{5-6}{10}$  mm. lata, deum pro maxima parte emersa, hemisphaerica, nuda, atra, nitidula; peritheciun integrum, basi late planum ibique non attenuatum; sporae in ascis angustis 8-nae, subuniserales, ventricoso- v. globoso-ellipsoideae, 14—16  $\mu$  longae, 8—11  $\mu$  latae, 4-loculares, loculi terminales minores. — A planta vulgo sub *Verrucaria aspista* nota, ex. gr. Nyl. Pyrenoc., Lindigii n. 2680, quae sit *Pyrenula dispersa* Müll. Arg., praesertim in eo differt, quod apothecia majora, fere ut in *P. mamillana*, magis exserta, et sporae ambitu insigniter latae ut in *P. cayennensi*. Prope *P. xyloidem* et *P. mamillanam* locanda est. — Corticola in Sierra Leone: Afzelius.

895. *Pyrenula Lagoensis* Müll. Arg.; *Verrucaria papilligera* Krplh. Lich. Warm. p. 395 (non Leight.); thallus flavo-pallidus, late expansus, tenuis, polito-laevigatus, nitidulus, linea nigra limitatus; apothecia  $\frac{7}{10}$  mm. lata, depresso-hemisphaerica, basi planiuscula, late rotundato-obtusa, vertice minute umbonato-papilligera, basi circumcirca latiuscule deplanata, nuda, atra; peritheciun completum, undique crassum; in sectione axili utrinque late trianguli-productum; sporae in ascis 8-nae, biserales, 18—20  $\mu$  longae, 5—9  $\mu$  latae, fusiformi-ellipsoideae, 4-loculares, loculi terminales minores. — Juxta proximam *Pyrenula approximantem*, sc. *Verrucariam approximantem* Krplh. Lich. Warm. p. 396 et *Pyrenula papilligera*, sc. *Verrucariam papilligeram* Leight. Lich. Amazon. p. 457 t. 22 locanda est. — Corticola ad Lagoa in Brasilia: Warm.

896. *Pyrenula fulva* Müll. Arg.; *Verrucaria marginata* v. *fulva* Krplh. Lich. Becc. p. 49; tota similis *Pyrenulae marginatae*, sed thallus fulvus, perithecia basi plana lata fere omnino deficiente et sporarum majorum (long. 35—44  $\mu$ , lat. 15—17  $\mu$ ) loculi 4 inaequales, terminales intermediis multo aut pluries minores. — Corticola in insula javanica Sarawak: Becc. n. 5.

897. *Pyrenula exigua* Müll. Arg.; thallus pallide fuscus, tenuis, laevigatus, linea nigra limitatus, apothecia dense

sparsa, media altitudine  $\frac{2}{10}$  mm. lata, apice subtecto emergentia, demum circiter semiemersa et magis nudata, nigra, apice demum minutissime umbilicata, parte immersa thallino-corticata; peritheciū ovoideo-globosum, completum; sporae 8-nae,  $13-17\mu$  longae,  $6-8\mu$  latae, oblongato-ellipsoideae, subaequaliter 4-loculares. — Habitu ad *P. mollem* Fée accedit, sed apothecia demum emergentia. Extus dein simillima est *P. vitreae*, sed apothecia paullo minora et sporae multo minores. Juxta *P. microcarpam* Müll. Arg. Pyr. Wright. Cub. locanda est. — In cortice Cinchonarum (ex hb. Hamp.).

898. *Pyrenula rugulosa* Müll. Arg.; *Verrucaria glabrata* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 89 pr. p.; thallus argillaceo-albus, tenuis, subdeterminatus; apothecia sparsa,  $\frac{5-8}{10}$  mm. lata, hemisphaerica, nuda, nigra, opaca, tota minutissime rugulosa (etiam juniora), basi planiuscula brevissime innata; peritheciū completum, haud crassum et subtus tenuius; sporae  $20-22\mu$  longae,  $10-14\mu$  latae, ellipsoideae, utrinque late obtusae v. obtuse umbonatae, valde inaequaliter 4-loculares, loculi terminales exigui. — Apothecia quasi medium tenent inter illa *P. glabratae* et *P. prorectae*. — Corticola in Nova Caledona, ad Balade: Vieillard.

899. *Pyrenula guassiaecola* Fée Suppl. p. 79 t. 37 fig. 3; apothecia de supra visa  $\frac{1}{3}-\frac{1}{2}$  mm. lata, alte hemisphaerica, inferne thallino-corticata, caeterum nuda, aterrima et nitida; peritheciū majore parte immersum, globosum, integre nigrum; sporae in ascis linearibus subuniseriatim 8-nae,  $23-25\mu$  longae,  $13-14\mu$  latae, ventricoso-ellipsoideae, 4-loculares. — Ad *P. nitidam* accedens, sed apotheciis minoribus, non subvelatis, et sporis amplis bene distincta. — In cortice jamaicensi *Quassiae excelsae* (ad specim. Féeanum).

900. *Pyrenula pulchella* Müll. Arg.; thallus fulvescenti-pallidus, late expansus, tenuis, laevigatus; apothecia sparsa, mastoidea, cum prominentiis thallinis  $\frac{12-15}{10}$  mm. lata, hemisphaerica, apice late hemisphaerico atro et in centro verticis minute foveolato  $\frac{5-8}{10}$  mm. lato nudata et nitidula, caeterum inferne strato thallino crassiusculo undique cum thallo concolore duplicata, juniora omnino obtecta; peritheciū ovoideum v. subglobosum, completum, sat tenue et inferne magis attenuatum; sporae in ascis imbricatim 1-seriales, circ.  $42\mu$  longae et  $18\mu$  latae, oblongato-ellipsoideae, aequaliter 4-loculares. — Prope brasiliensem *P. tricolorem* Müll. Arg. L. B. n. 600 et *P. convexam*

locanda est. — *Corticola in Ceylonia (Thwaites sub Verrucaria punctella).*

901. *Pyrenula porinoides* Ach. Syn. p. 128 (non Auctor.), e specim. Ach. est genuina species *Pyrenulae* sensu hodierno: Apothecia omnino immersa,  $\frac{3-4}{10}$  mm. media altitudine lata, globosa, undique nigra, nonnisi vertice (nigro) extus perspicua; peritheciū undique nigrum et crassiusculum; paraphyses capillares, liberae; asci lineares, 1-seriatim v. subuniseriatim 6—8-spori; sporae circ. 16  $\mu$  longae et 7  $\mu$  latae, 4-loculares. — Est quasi *P. dispersa* apotheciis omnino immersis et demum superne minus late nudatis et minoribus. — Ad hanc dein ut synonymon referenda est *Pyrenula mollis* Fée Ess. p. 78, nec non *Pyrenula leucostoma* Ach. Syn. p. 124 (a cl. Nyl. Pyren. p. 43 ad subsimilem suam *Verrucariam aspistem*, sc. nunc *Pyrenulam dispersam* Müll. Arg. relata). — — Ab hac autem diversissima est *Verrucaria porinoides* Nyl. Pyrenoc. p. 51 (exclus. omnib. synon.), quae nunc *Pseudopyrenula porinoides* Müll. Arg. (hoc nomen specificum hic accipi potest, quum de generibus diversis agitur). — Ad *Verrucariam porinoidem* cel. Nylander infastissime (Pyrenoc. p. 51 & 52) simul 3 species *Acharii*, sc. *Pyrenulam porinoidem*, *P. discolorem* et *P. pupulam* retulit, quae ex speciminibus origin. ad 3 genera diversissima, sc. *Pseudopyrenulam*, *Ascidium* et *Pyrenulam* pertinent. — *Pyr. porinoides* Ach. genuina crescit in America ad corticem *Cinchonae flavae* (ex hb. Ach. et Féean.) et in cortice *Angusturáe* (ex hb. Hamp.).

902. *Pyrenula Caracasana* Müll. Arg.; thallus pallide fuscus, late expansus, zona nigricante limitatus, crassiusculus, demum areolatim ruptus, superficie ceraceo-laevis; apothecia omnino immersa, vertice nigro demum e protuberantia thallina nano-emergente et circulatim denudato perspicua, globosa,  $\frac{8-12}{10}$  mm. lata (demum late enucleato-aperta); peritheciū globosum, completum, nigrum; paraphyses capillares; sporae in ascis 8-nae, 1-seriales, 30—45  $\mu$  longae, 11—14  $\mu$  latae, fusiformi-ellipsoideae, 4—6-loculares, loculi versus extremitates sporarum sensim, minores. — Fere *Pyrenulam mastophoram* simulat, sed emergentiae thallinae circa apothecia nanae v. obsoletae et sporae evolutae 6-loculares. — Prope *Pyrenulam indicam* Mass., Krplh. Lich. Amboin. n. 7 locanda est. — Ad cortices prope Caracas: Dr. Ernst n. 104.

903. *Pyrenula* (s. *Fusidiospora*) *Montagnei* Müll. Arg.; thallus argillaceo-flavicans, crassiusculus, laevigatus (am-

bitu non visus); apothecia  $\frac{7-8}{10}$  mm. lata, sparsa v. hinc inde geminatim confluentia, leviter depresso-globosa, parte dimidia emersa nuda, nigra et nitida, extus tamen basi subdepressa tardius membranula thallina decolorata obtecta sunt, vertice obtuso demum minute umbilicata; perithecium undique completem et aequicrassum, media altitudine circumcirca extrorsum anguloso-productum; paraphyses capillares; asci angusti, 8-spori; sporae more *Porinarum* 2-seriales, circ. 30  $\mu$  longae et 5  $\mu$  latae, obtuse fusiformes, utrinque obtusae, 6—8-loculares. — Juxta *Pyrenula marginata* sc. *Verrucariam infidam* Nyl. Coll. Cub. p. 295 inserenda est, a qua apotheciis multo minoribus et sporis brevioribus differt. — Prima fronte *Anthracothe- cium variolosum* simulat et sub *Verrucaria variolosa* (non Montg. in Ann. Sc. nat. 1843 p. 57, nec Syll. p. 386) ab ipso Montg. cum Hampe communicata fuit. — Corticola in Guyana gallica (ex hb. Hamp.).

904. *Pyrenula marginata* Hook. in Kunth Syn. p. 20 (apotheciis depressis circumcirca quasi alato-marginatis), habeat synonymon: *Verrucariam nitidulam* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caled. p. 87 (non Schrad.) ex ipso specim. Vieill. n. 1844 citato et ab ipso Nyland. inscripto.

905. *Pyrenula trypanea* Ach. Syn. p. 119, evoluti nihil offert. Videtur tamen eadem ac *Pyrenula Pupula* Ach. l. c. p. 123, i. e. *Pseudopyrenula Pupula* Müll. Arg., et sub hac subsurnenda, statu valde juvenili et simul spermogonifero. Apothecia globosa, superne magis nigro-fusca, intus laxe quasi araneoso-cellulosa et ascis sporisque plane destituta (hb. Ach.).

906. *Pyrenula discolor* Ach. Syn. p. 118, a cel. Nyland. Pyrenoc. p. 51) ad suam *Verrucariam porinoidem* relata, e specim. orig. Ach. non ad hanc tribum pertinet, est enim *Ascidium Cinchonarum* Fée. — Specimina visa minus bona sunt, sed apothecia tamon hinc inde occurunt meliora, sporis evolutis praedita (hb. Ach.).

907. *Anthracotheceum cinerosum* Müll. Arg.; *Pyrenula cinerosa* Ach. Syn. p. 122; apothecia ut in *Pyrenula nitida*, primum omnino obtecta et depresso-globosa, demum fere emersa et nuda; perithecium integre nigrum, basi paullo tenuius, superne non dilatum; paraphyses valde tenellae, conglutinatae; asci subuniseriatim 8-spori; sporae 50—60  $\mu$  longae et 22—25  $\mu$  latae, 10-loculares, loculi cubico-plurilocellati et locelli hinc inde iterum longitrorsum divisi. — Prope *Anthracotheceum pyre-*

*muloides* locandum est. Extus satis *Pyrenulam marmoralam* Müll. Arg. simulat. — Corticola in Guinea (e specim. hb. Ach.).

908. *Anthracotheceum Cascarillae* Müll. Arg.; thallus flavescenti-pallidus v. albescens, crassiusculus, determinatus; apothecia globosa, immersa,  $\frac{5-7}{10}$  mm. lata, mox dimidia parte aut altius emersa, fere ab origine apice nigra et nuda, apice demum nitidulo obsolete mamillata; peritheium integre nigrum, apice disculiformi-dilatatum; paraphyses capillares; spora in ascis 8-nae, subirregulariter 1-seriales,  $32-50 \mu$  longae et  $15-17 \mu$  latae, multilocellatae, locelli in seriebus transversis 8—9 circ. 2—3-nati. — Inter *Anthracotheceum amphitropum* Müll. Arg. L. B. n. 599 et *A. libricolum* inserendum. Ab hoc recedit apothecis demum multo magis emersis, magis nigris et nudis et perithecio peculiariter in disculum incrassato. — In cortice officin. Cascarillae (ex hb. Zenk. et Hamp.).

909. *Anthracotheceum Breutelii* Müll. Arg.; thallus olivaceo-fuscescens, crassus, superficie laevi undulato-inaequalis, intus fulvescenti-pallidus, undique copiose et aequaliter fertilis; apothecia globosa, omnino immersa, apice tantum ostiolo nigro validiusculo indicata v. demum nonnihil vertice emergentia, ostiolum quodque in thalli depressione laevi situm, peritheium integre nigrum, undique tenuiusculum; paraphyses simplices; asci 8-spori; spora subbiseriales,  $25-35 \mu$  longae et  $12-13 \mu$  latae, multilocellatae, locelli in series 8 transversales dispositi, in quaque serie (in sect. optica) 3—4. — Habitus ut in *Pseudopyrenula myriommae* [Nyl.], sed ostiola nigra majora, non annulo decolorato cincta (et spora caeterum generice diversae). Species eximie distincta. — Corticolum in insula St. Thomas: Breutel (ex hb. Hamp.).

910. *Anthracotheceum americanum* Müll. Arg.; *Verrucaria analepta* var. *americana* Ach. Univ. p. 275 et Syn. p. 88; apothecia globosa, media altitudine  $\frac{1}{4}$  mm. lata, vertice emergente convexo  $\frac{1}{8}$  mm. lato nuda, nigra; peritheium integre nigrum, basi paullo tenuius; nucleus fuscescens; paraphyses liberae; asci 2-seriatim 8-spori; spora  $34-45 \mu$  longae,  $15-17 \mu$  latae, 6—7-loculares, loculi 2—4-locellati. — Quoad sporas proxime accedit ad vulgare *A. libricolum*, sed apothecia non eminentia thallina cincta et parte perspicua (pro parte jam vetusta) exigua ut in *Arthopyrenia analepta*. — In America merid. (verisim. in Jamaïca) in cortice *Aeschynomene grandiflorae*: Swartz (ad specim. hb. Ach.).

911. *Anthracothecium sinapispermum* Müll. Arg. Lich. Afric. occid. p. 45 [excl. Syn. Féean.]; *Verrucaria sinapisperma* Nyl. Pyrenoc. p. 50, in cortice *Cinchonae rubrae*. — Plantam in eodem cortice habeo cum diagnosi Nylanderiana congruentem, quae *Anthracothecio* adscribenda est, sed genuina *Verrucaria sinapisperma* Féé Ess. p. 86 et Suppl. p. 86, t. 41, Verr. fig. 6, e structura et colore et magnitudine sporarum omnino differt et species videtur *Pseudopyrenulae* aut *Arthopyreniae*, sed specimina certa hucusque non vidi.

912. *Anthracothecium hians* Müll. Arg.; thallus albus, tenuis v. tenuissimus, subdeterminatus; apothecia  $\frac{5}{10}$  mm. lata et minora, conico-hemisphaerica, fere usque ad apicem nigrum nudum et late hiantem thallino-obtecta; peritheciun mediocre, basi patens, subtus undique deficiens; nucleus basi planus; paraphyses connexae; sporae in ascis linearibus 1-seriales, 18—23  $\mu$  longae, 10—14  $\mu$  latae, 4—5-loculares, loculi ultimi simplices, reliqui bilocellati. — A simili *A. denudata* recedit perithecio dimidiato. — In cortice offic. Cinchonarnm (ex hb. Hamp.).

913. *Anthracothecium pusillum* Müll. Arg.; *Verrucaria pusilla* Ach. Lich. Univ. p. 282; Syn. p. 89; apothecia  $\frac{11-14}{100}$  mm. tantum lata, alte hemisphaerica, basi non dilatata, nigra, dimidiata (non globosa); sporae late ellipsoideae, pachydermeae, 10—11  $\mu$  longae, 7—8  $\mu$  latae, irregulariter et incomplete parenchymatice 2—5-loculares. — Minuties apotheciorum ut in *A. sinapispermo*, sed apothecia dimidiata ut in *A. Canellae albae*, cuius apothecia majora. — Ad corticem *Psidiae Erythrinae* in India occid.: Sw. (ad specim. Ach.).

914. *Strigula pachyneura* Müll. Arg.; plagulae 5—12 mm. latae, orbiculares, continuae, planae, margine minute crenulatae, ex argillaceo demum virenti-albae, centro demum late subdecorticatae et hirtulæ, caeterum undique cerebre irregulariter tortuoso- et elevato-costatae, parte corticata nitida, lobuli ultimi crassiusculi et ad peripheriam arcte limitati; apothecia ignota. — Affinis *St. actinoplaceae*, a qua statim differt thallo validiore, lobulis ad peripheriam multo crassioribus, costis validis et intricatim undulato-irregularibus. — In foliis *Mammeae americanae* prope Caracas: Dr. Ernst.

915. *Strigula puncticulata* Müll. Arg.; plagulae 2—4 mm. latae, membranaceae, orbiculares, ambitu integrae aut repandae, superficie laevissimae, sed irregulariter et leviter pli- catulae, nonnihil bulloso-laxae, virescentes, tota superficie pa-

pillulis albioribus circ. 15  $\mu$  latis soredioso-puncticulatae; apothecia circ.  $\frac{3}{10}$  mm. lata, a thallo obtecta; sporae maturae non visae. — Ab omnibus distat superficie sparse soredioso-verruculosa. A *St. complanata* dein praeter apothecia obtecta et vertice thalli rugis terminata sub microscopio in eo recedit quod lobi ultimi costulis subtilibus radiantibus omnino destituti sunt. Propter apothecia obtecta juxta *St. deplanata* locanda est. — Foliicola prope Caracas: Dr. Ernst.

916. *Strigula deplanata* Müll. Arg.; plagulae evolutae circ. 5 mm. latae, orbiculares, planae, tenues, ambitu breviter obtusilobae et minute crenulatae, ex albo-virente mox lacteae, supra e centro subirregulariter radiatim plicato-costulatae; lacinulae concretae, ad extremitates deplanatae, laevissimae; apothecia  $\frac{3}{10}$  mm. lata, conico-hemisphaerica, thallino-obtecta; sporae in ascis 8-nae, 1-serialis, 2-loculares, subgraciles, 12—14  $\mu$  longae et 3—3 $\frac{1}{2}$   $\mu$  latae. — A proxima *St. pulchella* Müll. Arg. Pyr. Wright. Cub. differt plagulis non irregulariter rugulosis, magis radiatim subcostatis, lacinulis planis et sporis tenuioribus. Habitu etiam ad *St. complanata* accedit, sed apothecia obtecta et lacinulae plagularum sub microscopio non longitrussum subtiliter costulatae sunt. — Foliicola in Brasilia, in Pohlia n. 4199.

917. *Strigula concentrica* Müll. Arg.; plagulae evolutae 4—5 mm. latae, orbiculares, margine integrae v. obsolete crenatae, convexiusculae, e viridi demum lacteo-albae, demum valide concentrica paucisulcatae, caeterum sublaeves, non radiatim costulatae; apothecia circ.  $\frac{2}{10}$  mm. lata, nonnihil thallino-obtecta, demum modice nudata; sporae non visae; pycnides tenellae, apotheciis subtriplo minores et copiosae. — Junior intense viridis ad *St. nitidulam* accedit, sed crassior et mox concentrica sulcata et pycnides multo minores. A *St. deplanata* distat plagulis concentrica sulcatis et apotheciis minoribus. — Foliicola prope Caracas: Dr. Ernst.

918. *Strigula gibberosa* Müll. Arg.; plagulae 2—5 mm. latae, orbiculares, planae, sed tota superficie plicato-gibberosae v. spurie tuberculiformi-inaequales, ambitu crenato-lobulatae, juniores radiatim plicatulae, evolutae dein concentrica sulcatae (et in centro subevanescentes), semper albidae; apothecia  $\frac{2}{10}$  mm. lata, nuda, sat innata; pycnides apotheciis diametro duplo minores; sporae non visae. — Ob plagulas demum concentrica sulcata ad *St. concentricam* accedit, at plagulae sunt tenuiores,

magis planae, peculiariter superficie inaequales et juniores radiatim plicatulae. — In foliis *Mangiferae indicae* prope Caracas: Dr. Ernst.

919. *Strigula elegans* Müll. Arg. Pyr. Cub. Wright.  
*v. tremula* Müll. Arg.; *plagulae*  $1\frac{1}{2}$ —3 mm. *latae*, *flavido-virides*, *nitidulae* et *glabrae* *v. subglabrae*; *lacinulae* *paucae*, *divergenti-radiantes*, in centro confluentes, *caeterum discretae*, *quoad rachin fere*  $\frac{2}{10}$  mm. *latae*, *crebre alternatim pinnatifido-lobatae*, *lobuli fere semi-orbiculares* unde *laciniae flexuoso-curvatae* apparent; *pycnides*  $\frac{1}{10}$  mm. *latae*, *nudae*; *stylosporae* 18—26  $\mu$  longae, *baculiformes*, e *biloculari* demum 4—8-*loculares*. — Primo intuitu tenuitate et *laciiniis spuriis* *flexuosis* satis a var. *nemathora* distans, attamen conspecifica et hanc bene cum *v. viridissima* conjungens. Status multilocularis *stylosporarum* haud normalis et e quadam evolutione tardiva ortus, in gelatina copiosa semper observatus fuit. — Foliicola in insula madagascariensi Nossibé: Boivin, et in India in foliis *Antidesmatis* Bunius.

— — *v. eumorpha* Müll. Arg.; *plagulae* circ.  $1\frac{1}{2}$ —2 mm. *diametro aequantes*, e *radiis* 3—5 imo centro connatis, *inferne discretis* et dein *crebre bis v. ter dichotome breviter divisis confertim ramuligeris compositae*, *lacinulae omnes breviter lineares*, *convexae*, *glabrae*, e *flavescente albo-virides*; *pycnides* et *stylosporae* ut in *v. tremula*, hae tamen tantum *biloculares visae* et circ. 17  $\mu$  longae. — Subsimilis *v. tremulae*, sed *radii apicem versus dilatati*, *ambitu obovati*, non valde irregulares et demum ad peripheriam haud raro subconfluentes.

— In foliis *Coffeae arabicae* prope Bahiam.

— — *v. viridissima* Müll. Arg.; *Nematora viridissimá* Féec Ess. p. XCIV. t. 2 fig. 8; *plagulae* sat parvae; *laciniae cuneiformes*, *simplices* aut *bilobae* aut *semel v.* raro bis 2—3-*chotome divisae*, *basin versus longius angustatae*, ibique *discretae v. partim confluentes*. — Plantae saepissime *virides* et *flavovirides*, at more congenerum in colore in *argenteum* sensim abeuntes. — Foliicola in Regno Owariensi: Pal. de Beauv. (ex Féee) et similiter in Africa occidentali prope Chinchoxo ad Quilla: Soyaux n. 268 (cum *v. nemathora mixta*) et dein in Brasilia.

— — *v. subciliata* Müll. Arg.; *plagulae*  $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$  mm. *latae*; *laciniae discretae*, superne *confertim bis tri-dichotome divisae*, *lacinulae planiusculae*, *longiuscule piliferae*; *stylosporae* et *sporae* circ. 17  $\mu$  longae, 2-*loculares*, *illae digitiformes*, hae elongato-ovoideae. — *St. ciliatam* Montg. brevilacinulatum simulat, sed *thallus supra sub microscopio laevis est nec crebre lineolato-costulatus*. — In foliis *Mabeae biglandulosae*, in monte Roraima Guyanae anglicae (in Schomburgkii n. 731).

(Schluss folgt.)

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1885

Band/Volume: [68](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Lichenologisclie Beiträge 331-342](#)